

D. D. *OTIUS OMNIS INQUIRITUS*
SPECIMEN ACADEMICUM,
VERAM NOTIONEM

VOCIS πολλοὶ Rom. V: 19.

ERUENS,

Cujus

PARTEM PRIOREM,

Consentiente Ampliss. Facult. Philosoph. Aurora,

PRÆSIDE,

MAXIME REVERENDO atque CELEBERRIMO VIRO

D: NO I S A A C O
 R O S S,

S. S. L. L. PROFESS. REG. & ORD.

Et

FAC. PHIL. H. T. DECANO,

Candidæ bonorum censuræ sifit

JACOBUS CAVONIUS,

ABOÆ-FENNO.

IN AUDIT. MAJORI DIE XM. OCT. MDCCCLIX.

H. A. M. Consuetis

ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
 Finland. JACOB MERCKELL.

Maloniū

Amplissimo atque Celeberrimo VIRO,
D: NO ALGOTHO A.
SCARIN,
Historiæ & Philos. Civ. PROFESS. Reg. & Ord.
Bibliothecæ PRÆFECTO & Societatis Litte-
rariæ Upsaliensis MEMBRO Gravissimo.

VI-
Maxime Reverendo
D: NO PETRO
Oeconomia PROFESS. Reg. & Ord. PASTORI in
tatisque Litterariae Ups. MEMBRO dignissi-
xime inclit, Consistorii Academ-
Fautoribus & Mæcenatibus

Vestra, Fautores & Mæcenates Optimi, hæc pro-
fama audivistis jacere alicubi ingenium docile in-
cere in prosenium. Hunc Vestrum favorem &
expertus sum plus quam luculentissime. Qua propter
tati, tanquam tutelari DEO, specimen hocce incomtum
sissimi, excipite inquam serena fronte, quod vobis of-
fivite rei Litterariæ incrementa, Ecclesiae columna,
senecta. Et cum vita cum morte venit commutanda
dum bas vitales hauserit auras

Celeberrimorum NOMI-

*Cultor deo-
nius Jacobus JACOB MERCIER*

JACOBUS

VIRO Amplissimo atque Celeberrimo,
D: NO H E N R I C O
H A S S E L,

Utriusque Svdæ Romanæ in illustri ad Auram
Lyceo PROFESS. Reg. & Ord. Consistorii
Acad. ADSESSORI Æquissimo.

RO

atque Celeberrimo,

K A L M ,

Pjstis longe meritissimo, Acad. Reg. Stockh. Socie-
mo, Horti Acad. Aboëns. PRÆFECTO ma-
mici ADSESSORI Adcuratissimo.

ad cineres usque suspiciendis.

pria semper gloria ac laus mansit, manebitque, ut, si vel
obscuro, non pœnituerit Vos id quavis ratione produ-
ego, clientum Vestrorum minimus, nullo non tempore
eo audacie processi, Vestrae longe Celeberrimæ digni-
ut inscriberem. Excipite Mæcenates Maximi, Propen-
fero munusculum, favori Vestro quantumvis impar!
Familia ornamenta, viribus vegetis etiam in Aquilæ
cælestia Vos recipient gaudia! Sic vovet vovebitque

NUM VESTRORUM

votissimus

CAVONIUS.

VIRO Consuliſſimo,
D: NO JACOBO JO-
HANNI SACKLEEN,


Territoriorum Austro & Vestro Raseburgensium
Vicario Justitiæ Præfecto integerrimo, Patrono
ſumma veneratione ſuſpicioendo.

Favor ille plane singularis, quo me, Patrone O-
ptime, complecti dignatus es, eo in primis quod
divinitus Tibi confeſſa pignora mea qualicunque
inſtitutioni nuperrime concredere volueris, effecit, ut
ſpecimen hocce Celebri Tuo inſcriberem audirem No-
mini. Ne itaque ſuccenſeas mibi, Patrone Optime,
ſed benigno adſpicias vultu levidenſe hocce munus, ceu
ſignum reverentiae nunquam intermoritur & certiſſimum,
humillimus rogo & obteſtor. De cetero meum erit
DEum Ter O. Maximum calidiſſimis defatigare pre-
cibus, ut reſpublica in Te habeat quam diutiflme de-
cūs inſigne, & qui bonique obſervantia fulcrum firmiti-
tum, Familia florem perennem, clientum turba pa-
trocinium exoptatiſſimum! Sic vovens permanebo

NOMINIS TUI

MUROR TREV. MUR

cultor humillimus
JACOBUS CAVONIUS.



L. B. V. T. O. M.

PRÆFATIO.



Uantum inter sit Philologorum, qui sacras colunt lingvas, genuinas habere & evidentes notiones verborum Spiritus Sancti in textu authentico, vel monstrosæ docent opiniones virorum, cætera ad stuporem usque eruditorum & in Philologia præterea non leviter versatorum, quæ sæpe vix aliunde natales ducunt, quam ex defectu genuinæ ideæ, quam de hac vel illa voice, aut phraseologia habere debebant. Quis non miretur doctissimos Hebræorum interpretes, & in iis facile principem Davidem Kimchi, in quorundam locorum expositione nonnunquam ita irretiri, ut se implicit potius, quam explicet, quod e. g. fit in danda ratione cur *Hos. VIII: 9.* Israëlitæ dicantur

A

ascen-

ascendisse in Assyriam, quum ordinarie ex Israëlitica regione in Assyriam descendatur. Hic enim una plures ingreditur explicandi vias, ita tamen ut ubique a recto aberret tramite. Sed hoc ei accidisse, quod genuinas notiones superi & inferi eorumque diversos respectus apud Hebræos minus perspexisset, ostensum est a quibusdam nostratum. Unde fit, ut Clericus, acutissimus ille criticus in commentariis ad Pentathecum & Historicos Vet. Test. libros Hebraismum, ut incultum & ἀνυγγελούμενος refertum, traducat? Observatum est peritissimis harum rerum, id maximam partem inde provenire, quod, quum ignoraret, cur hoc vel illud ita dicatur, Hebræam lingvam maluerit nævorum accusare, quam suam fateri ignorantiam. Et ut proprius ad nostrum locum Rom. V. 18, 19. Veniamus, quid tam diversas circa eum & interdum parum cohærentes expositiones, etiam apud viros egregios, & de Sacris pandectis explicandis non minus, quam Orthodoxya meritissimos protulit, nisi hæc eadem caussa? Immo vix erravero, si dixero propterea homines doctissimos non eadem felicitate nostrum dictum a perversionibus Gerhardi in Systemate apocatastaseos vindicasse, qua ei in cæteris occurserunt, quia genuina idea vocis πτλων non fuit fundamenti loco substrata. Ignoscet igitur Cand. Lector, si vires nostras, quamvis tenues, in re pleniori utique discussione digna experiri audeamus, quaque soles erga innoxia conantes uti humilitate, eadem juvenilibus nostris tentaminibus fave.

§. I.

Quas vox ~~magis~~ in loco, qui præ manibus est, possit habere significaciones in limine discursus nostri observasse non pigebit. Negaturum existimamus neminem hanc propriam & usitatissimam esse, qua indeterminatam quidem, at numero prævalentem hominum turbam, non tamen omnes denotat, illam vero minus usitatam, qua pro materiæ substratæ indole universaliter accipitur pro omnibus. Prioris acceptio exempla prostant *Luc. V. 29. Marc. II. 15. Matth. IX. 10. Luc. IV. 27.* posteriorem sequentia illustrant. *Dan. XII. 2. Matth. XXVI. 28.* At quam hoc loco debeat habere, seu actu habeat significacionem, eruere & rite demonstrare nostra vel maxime refert. Illam huic præferre nulli dubitamus ob rationes, quæ sequuntur, minime, ut speramus, contemnendas.

§. II.

Primam nobis subministrat ipsa propria & formulis vocis acceptio, a qua citra necessitatem receundum non est, vi canonis omnis sanæ ~~ignoriam~~: jam autem nulla necessitas aut sontica causa allegari potest, quæ nos cogat heic per ~~mores~~ intelligere ~~naturam~~. Quæ enim adferri solent, eas solide, ut spes sit, cap. sequenti refutabimus.

§. III.

Usus loquendi frequentissimus, & prædominan^e,

qui est tutissima cynosyra, ad quam vocum & phrasium
acceptiones exigi debent, a nostris II:do militat par-
tibus. Exigit enim is, ut quoties adjectivum *multi*
vel in comparatione, vel in oppositione reperitur, il-
lud particularem fundat sensum: e. g. *ut multi bel-*
lo pereunt: ita crapula multi enecantur. Item: *ut*
multi felici valent ingenio ad magna quævis gerenda
apti: ita multos hebetudo ejusdem a rebus arduis
arcere solet. Ut nemo facile tam obesæ naris esset,
ut in allatis exemplis contenderet per multos *omnes*
aut *eosdem* intelligi: *ita vix in nostro commate id*
fieri potest; est enim in eo comparatio ab *oppositis,*
in qua nomen multi repetitur. Regula ergo hæc u-
sui innixa numquam fallit, si prædicata insuper, quæ
70 *τοῦ πόλεων* junguntur, particulari sensui faveant, atqui
rem in nostro dicto ita se habere jam III:o proba-
bimus.

§. IV.

Phrases hæc *αὐαρτῶν κατευθύναι & διαισχε*
μηδεῖαι, quæ prædicata heic constituunt, pro
particularitate significationis in voce *πόλει* hoc loco
pugnare facile evinci potest. Etenim *κατίσταναι*, quod
usu magistro & lexicographis testibus idem plane va-
let ac *παρεισάναι*, nec qua sensum fere abludit a sim-
plici suo *ἰστίαι*, vi vocis & proprie est *ἰστίαι τίνα κατά*
τίνα, στήσει quem apud, juxta aliquem, vel coram illo
& quidem in loco vel physico, vel morali, qui po-
sterior, quatenus ad leges & libertatem arbitrii quo-
unque modo refertur, notat statum vel condicio-
nem

nem hominis, Unde tria hæc verba: *ἰστιας, ναδισίας,*
ταεγίας promiscue usurpantur notantque quempiam
in statum quendam moralem transferre, sic *ναδισίας*
ἀεχολας passim apud Herodianum Hist. lib. III. 13.
item apud Plutharchum & LXX. seniores sæpiissime:
καθίσιας διασάν Luc. XII. 14. item *τρεεβούλεες* Tit. I. 5.
Hinc *καθίσιος* de ordinatione Episcoporum apud
Græcos patres haud raro occurrit. Porro & hoc ob-
servandum, recte omnino Philologos & Theologos
contra Pontificios, quibus *διασάν ναδισίας, constitui ju-*
stum, est aliquem justitiae infusione justum facere, nota-
re, numquam ναδισίας proprie idem esse ac per in-
ternæ qualitatis infusionem facere quem v. g. Præ-
fectum, judicem &c. nam talibus ναζετάσι sane non
infunduntur qualitates Præfecto, Judici dignæ, sed
iis jam ante instructi sint oportet, quam tales con-
stituuntur. Patet itaque hinc ναδισίας, ταεγίας iσά-
ναι inductione quorumvis exemplorum extrinsecus de-
nūm accedentem οἶκον & statum moralem indeque ora-
sam denominationem inferre. Unde locutio: ἀεχολα
ναδισίας accurate & pressius loquendo non est Du-
cem facere, sed Principis electione jam factum, cum
publica auctoritatis ipsi competentis declaratione, iis,
quibus præficitur, sistere. Svet. Föreställa en sinom
underhafwandom/ och för deras Förmän offentligem
förklara.

§. V.

Hicce præmissis non difficile erit de integræ phra-
seos *ἀμαζωλὸς ναδισίας* valore judicare, præfer-
tim

tūm si & emphasis vocis ἀναγλωπὸς & phraseologię
 Paulinę in toto hoc contextu indolem simul perpen-
 derimus. Neque enim quod ad illud attiner, quivis
 vel imbecillitate humana delinquentes, aut qui acto-
 rum seriam egerunt pœnitentiam hoc nomine ple-
 rumque in Sacrtis veniunt, sed per antonomasię &
 καὶ ιζόχιον peccatores, hoc est, enormes, sceleratissi-
 mi, fœdissimi, publice infames, & flagitiorum con-
 victi, ac impénitentes, quales habebantur, & sine
 dubio ante resipiscientiam erant *Mattb.* IX. 10. *Marc.*
 II. 15. *Luc.* V. 29. VII. 35. memorati, quem signifi-
 catum & heic obtinere vix in dubium vocabit, qui,
 quæ & allata sunt de vi verbi καθισάται & mox al-
 laturi sumus, rite pensitaverit. Quantum ad hoc vi-
 demus Apostolum non una alterave voce judiciali uti,
 sed plurima ejus generis vocabula & locutiones con-
 gerere, quod casu non data opera factum, nemo fa-
 nus adfirmabit. Sic dum in elegantissima illa Ada-
 mum inter & Christum comparatione a commate 12.
 usque ad 20. continuata: περὶ πλουτίας ὁρονιτ δικαιό-
 παν, ἀναγνῶν δικαιούμενον, κρίνειν δικαιώποι, καλάρειν ζωὴν,
 quis non itum letis familiarissimum agnoscet? Hinc
 forensi significatione sumendam esse phrasin nostram
 vix ac ne vix quidem dubitare licet, in primis quum
 id requirat usus cognitorum verborum ιτάναι, παρε-
 τάναι, quæ jam supra innuimus eandem significandi
 vim habere. Sic in locis realiter parallelis *Mattb.*
 XXV. 33. Σήσαι τὰ μὲν πρόσωπα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ
 ἔγχριστα τὸ εὐωνύμων. *Rom.* XIV: 10. πάντες γαρ παρεστησό-
 ώσθε τῷ βηματὶ τῷ χριστῷ. *Act.* XXVII: 24. Μη Φοβεῖσθαι

ταῦλε, καίσαι οὐ διὶ παρεστῶνται, & apud Iētos in pandectis Græcis παρεστῶνται est judicio sistere, conf. lexica. Igitur ἀμαρτιῶλος καθιστᾶνται vi vocis & ex usū non est labē peccati infusa peccatorem facere, sed *in genere* eum, qui jam ante inhærente vel imputato vi-
tio peccator est, qua talem judicio vel coram ju-
dice sistere, ut, lata decretoria sententia, reus decla-
retur, & in statum miseriæ peccatis dignum rediga-
tur. Et *in specie* hoc loco actum illum designat, quo
Christus, ut justissimus judex, homines impoeniten-
tes, qua tales, partim in particulari judicio, statim
post mortem cuiusvis hominis subeundo *Hebr.* IX:
27. partim universali, extremo dīe majori cum so-
lennitate instituendo, coram se statuit, judicat & ful-
mine damnationis percavit. Unde quid huic respon-
dens passim elata locutio: αἰμαρτιῶλος καλαποδίας sibi ve-
lit, per se constat. Scilicet utut formaliter colloca-
tionem tantum peccatoris in judicio menti sistat,
tamen cum de judice non justissimo modo, sed &
omnipotenti ac de judicio ejus rigidissimo sermo est,
non potest non statum illum eheu! tristissimum in-
nuere, quo homo, ut αἰμαρτιῶλος & ιερόφυτος ad fini-
stram statuitur & horrendam sententiam decretoriam
in se latam audit, simulque necessarium ejus conse-
quens, quod est plena vindictæ divinæ executio par-
tim qua animam statim post mortem, partim qua
utramque compositi partem post judicium extremum
involvere & connotare.

§. VI.

Lucem porro accipit hæc nostra expositio ab usu
 DEO sisti solitis, ut igne consumerentur, quo respicit
 Apostolus *Rom. XII: 1.* ubivis fere obvio. Victi-
 mæ enim substituebantur peccatoribus, eas offerenti-
 bus & eorum loco DEO judici sistendæ fuere, vica-
 riæ quoque pœnam luituræ, quo ipso Christum ty-
 pice adumbrabant. Ad vicariatum vero hunc de-
 signandum solebat sacerdos manus hostiæ imponere,
 in illamque peccata populi devolvere. Solennissi-
 mum hujus ritus exemplum habetur in hirco *ανο-*
τουραιω, emissario. Lev. XVI. (a) Immo apud
 gentiles quoque hunc morem in sacra & devota
 capita victimarum, sive animalium, sive hominum
 peccata sua imprecandi viguisse constat, quæ hinc
αιρθιαλα, περκαθαευαλα, περψηιαла adpellabantur.
I. Cor. IV: 13. (b). Actus itaque sistendi victi-
 mas coram DEO in templo, ut comburerentur, evi-
 dentissime adumbrat judicium DEI tremendum,
 quo peccatores tanquam hostiæ piaculares coram i-
 pso sistuntur, diris devoventur, ac *εις πυρ διωνον*, cu-
 jus typus ignis in altari sacer erat, cruciandi de-
 truduntur. Ex allatis facilime de prædicato: *διαιγε*
καλασσοθα judicari potest. Paulus sane hac phrasí
 nihil aliud sibi velle videtur, quam statum illum,
 quo Christo judice justissimo, in fide ad vitæ finem
 perseverantes homines, quique per opera charitatis
 eandem demonstrarunt, justi extremo mundi die co-
 ram

ram angelis & hominibus publice declarabuntur, & in conditionem talibus dignam transferentur. Favet nostræ explicationi locus qua rem immo fere qua verba parallelus *Matth. XXV*: a com: 31, ad finem cap. Nam secundum illum oves, qui com. 37, *δίκαιοι*, dicuntur, Σήστε ὁ χριστός com. 33 εἰς δεξιῶν, quam σάσσων κατέσαντι justorum ad extremum pertinere judicium, nemo, cui sanum sinciput, in dubium vocabit umquam. Quod si jam prædicata in protasi & apodosi hujus versus undevicesimi in subjectis suis, utrobique *πόλλοι*, particularem exigunt sensum, quod omni caret dubio, quum nemo umquam dixerit, omnes in extremo judicio sisti, aut ut oves, aut ut hircos; absurdum profecto esset per illam vocem *πάντες* intelligere velle.

(a) Hircus hic in solenni expiationis festo quotannis non tantum vivus coram Domino statuebatur, sed etiam, postquam Pontifex posita utraque manu super caput, confessus esset omnes iniuriantes filiorum Israël, universa delicta & peccata, quæ capiti ejus imprecabatur, hisce onustus dimittebatur per hominem paratum ceu *κάρκανα* quoddam, in desertum, sive omnia expiabantur peccata. Hinc concludere licet hircum hunc in locum populi surrogatum & ejus peccata illi imputata fuisse, ut eadem vice populi lueret. Quo actu pulcherrime præfigurabatur satisfactio illa, quam in plenitudine temporis præstiterat esset Messias, ut pote qui in locum generis humani substitui, peccata totius mundi in se suscipere ac poenam pro iisdem nostri loco lueret debuit, ut comprobant cum ipsa Mosaica sacrificii hujus descriptio, tum Prophetica declaratio *Ez. LIII. cap. 7* in primis Novi Test. explicatio. *Job. I. 29. Ebr. IX. Calov. l. cit.*

(b) ἀράθεμα, significat hominem diris devotum, filiorum DEI communione indignum, ab ἀδικηματι, sepono, remevo. Καθάρισα vero dictos suis, quos latini sacros homines dicebant, quorum capite omnia civitatis aut gentis alicujus scelera luebantur, quiq[ue] avertendæ DEOrum iræ mactabantur, testis est Budæus. Vel ut Paræus vult: Καθάρισα dicebantur homines vilissimi & abjectissimi, seu piaculares, quorum nece & exitio publicæ calamitates expiabantur, quo modo gentiles tunc habebant Christianos, quasi omnium malorum auctores, Tert. Apol. II: cap. Descendit autem vox a Καθάρῳ, expurgo, mundo, unde Καθάρισα purgamenta, excrementa, a quibus mundus sit purgandus. Præpositio περὶ auget rei sceditatem. Sicut sordes circumquaque scopis converruntur ad ejiciendum: ita quocunque locorum venerimus, evertimur ut pestilentissimi homines. Περιψημα est scobs, ramentum vel scoria, quæ depurgatur a quacunque re, vel etiam peniculum, quo sordes calceorum absterguntur, a περιψῃ, abstergere. Extrema igitur abjectio, contemtus, miseria Apostolorum in mundo hac voce indicatur, quod vulgo piaculares habeantur, qui purgamentorum instar mundo scœtant. Calov. ad. h. l.

§. VII.

IV:o **N**Ostra notio, quam tribuimus τῷ πολλῷ λέπι berat Apostolum a tautologia, scriptore Φιλοπεπτῳ minus digna. Omnia sane, præter Calvinianos, confessione comma 18. agit de reatus Adamici & meriti Christi universalitate, live, quod eodem redit, de damnationis per Adamum & salutis per Christum adquisitione universalis. Id quod universalitas formulæ: οἱ πάντες ἀδεγγούται extra dubitationis

tionis aleam ponit. Illa quippe uti vir divinus ~~et~~
 & seu sententiam legis condemnatoriam venisse, quæ
 verba aut similia heic per ellipsis omissa supplenda
 esse meliores consentiunt interpretes, ~~di~~ iest ~~wa~~
~~n~~~~l~~~~o~~~~u~~~~a~~~~l~~~~o~~, in omnes homines, ~~in~~ ~~xa~~~~la~~~~x~~~~e~~~~p~~~~a~~, ad con-
 demnationem, id est, illos omnes morte æterna di-
 gnos declarare monet, ira vi satisfactionis, ~~d~~~~i~~~~x~~~~a~~~~l~~~~o~~~~u~~~~a~~~~l~~
 Christi, sententiam absolutoriam : ~~d~~~~i~~~~x~~~~a~~~~l~~~~o~~~~u~~~~a~~~~l~~ vel ut
 alii supplant ~~d~~~~o~~~~q~~~~e~~~~a~~~~r~~ ~~d~~~~i~~~~x~~~~a~~~~l~~~~o~~~~u~~~~a~~~~l~~, donum iustitiae omnibus
 partam esse clare docet. Unde nisi concedere veli-
 mus Paulum eadem tædiose repetere, ut Estius so-
 mniat, & id quidem in distinctis, at immediate se
 excipientibus versibus, admittendum necessario est in
 commate 19, de applicatione actuali & damnationis &
 salutis, sive, quod eodem recidit, de effectu ex reatu,
 ac merito fluente, qui Paulo dicitur vel ~~xa~~~~la~~~~x~~~~e~~~~p~~~~a~~
 vel ~~z~~~~a~~~~n~~, sermonem esse. Qui, quum particularis sit,
 cum actu quidam tantum damnantur, quidam sal-
 vantur, patet per multos omnes innui non posse.

§. VIII.

EX ipsis adversariorum concessis illa, quam defensio
 dimus notio V:o firmiter adstrui potest. Ger-
 hardus cum suis gregalibus putat ornne fere robur
 sententiæ suæ in eo situm esse, quod verba versus 19
 posteriora: ~~d~~~~i~~~~x~~~~a~~~~l~~~~o~~~~u~~~~a~~~~l~~ de finali justificationis
 executione & actuali æternæ salutis participatione ex-
 ponenda sint. Quod si verum, uti est, & a nobis
 sufficienter probatum, certe vel invitus cogetur Ger-
 hardus

AUCTOR & Amice exoptatissime.

Quantum lux tenebris, tantum quoque Scriptura philosophiae præstat; hinc quis est, qui non videat ilius scrutinium etiam hujus studio preferendum esse. At non immerito dolemus adeo perversum nostri ævi esse gustum, ut illos, qui in pretiosissimis nobilissimisque scripturæ thesauris eruendis rimandisque fudorum offerunt libamina, si non omnem operam atque oleum perdere, certe pistrino potius, quam stipendio dignos nostro nimis philosophico videtur seculo; illis vero solis, qui gressus philosophicos glomerant superbos i. e. problematibus philosophicis extricandis summam navant operam, præmia, non communia, decernenda totus fere præsens, nescio an lasciviens, gloriatur orbis. Te, autem amice, non nimio horum flagrare amore, sed Philologiae Sacrae potius tuas lucubrationes consecrasse præsentes loquuntur lineæ, in quibus, felici admodum ingenio, propugnaculum, quod Apocatastaseos defensores tantopere crepant, non concutis, sed funditus evertis. Novam in destruendo pessimi hujus furfuris Asylo, ingressus es viam, sed menti tamen Apostoli convenientissimam. Quamobrem non possum non, exultans, Tibi, Amice dilectissime, gratulari honorem, jure omnino acquisitum. Pergas, pergas, inquam quo incepisti, fervore in aliis quoque sacrarum litterarum locis defendendis adeo felices facere progressus, & non deerit Tibi præmium virtute eruditioneque Tua plane aurea dignissimum laureaque, non caduca philosophiae macie tabescens, sed immarcessibili Theologiae flore in omnem æternitatem virescens.

Sic gratulabundus voverem Tuis ex esse
GABRIEL WELONIUS,